



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Facto diuortio, an dos vxori restituenda sit: & an apud ipsam eiusque
expensis filij sint educandi. §. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](#)

quia presumendum est maiorem timorem habiturum violandi iuramentum, quām quālibet aliam cautionem, ut tradit in præsenti Glossa & Innocent. in cap. ex transmissa de restituut. foliorum. Courruu. 2.p. decret. cap. 7. §. 5. à numero 1. & seqq. Sanch. lib. 10. disp. 18. n. 43. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3.p. cap. 7. num. 7. Quapropter verissimum est, quod multis comprimat Sanch. d. disp. 18. num. 2. & 41. arbitrio Iudicis plurimum defert, quā cautio præstanda sit; nam in cap. literis. & c. transmissa solum exigit cautio sufficiens, quē esto regulariter semper debeat esse pignoratitia, vel fideiūlaria, aliquando tamen iuratoria esse potest, ut ex dictis constat.

12 Pronunciata sententia diuotij ob virti laetitiam si ad tempus restringatur, scilicet quoque experietur, an vir signa emendationis dederit, vel cautionem obtulerit, aperum est neutrū coniugem posse statim mutare, quia obstatius matrimonij. At si sententia absoluta sit, eo quod desperetur vir corrigendus esse a laetitia quantumvis cautionem dederit, poterit innocens ad Religione, vel Ordines transire e modo ac si diuotium ob adulterium celebratum esset, quia obstat posset debitus coniugale. At hoc obstat nequit, siquidem non speratur futurum: viro autem in cuius odium diuotium celebratur, nequit sicut adulterio inuito innocentem Religionem ingredi, exceptis illis casibus, in quibus diximus adulterum ingredi posse: sic docet Sanch. lib. 10. disp. 18. num. 48. usque in finem. Basil. Ponce, cap. 23. num. 9. Quod si post diuotium ob laetitiam celebratum coniugem innocens ad sui consortium laetum virum admittat, eo ipso confetur iniuriam factam remittere, & securitatem habere in eius cohabitacione, ac proinde nisi noua se offerant diuotere et præteritis nequit ut notauit Farinac. lib. 2. conf. 156. in fine. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 23. num. 9.

13 Ad extremum aduerte, si coniugis minor sit, in cuius odium sententia diuotij lata est ob elapsum tempus probationis beneficio restitutio vii potest. Nam esto ad contrahendum matrimonium maior censeatur, non tamen ad matrimonij dissolutionem. Neque ex illa concessione, quae est exceptione a regula generali censendi sunt omnes casus matrimonio pertinentes, maximē cum inde non commodum, sed damnum minori accresceret, ut ex Sfortia notauit Basil. Ponce, cap. 23. in fine.

§. X.

Facto diuotio, an dos vxori restituenda sit; & an apud ipsam eiusque expensis filii sint educandi?

- 2 Vxori restituenda est dos, & medietas lucrorum, si culpa viuorum factum sit.
- 2 Si ob adulterium vxoris nec dos, nec lucrum restituitur. Si ob laetitiam aliqui censem restituendam esse. Verius est oppositum.
- 3 Filii educandi sunt apud eum coniugem, quem iudex arbitrabitur spacio antiquo iure.
- 4 Si ob matris culpam diuotium factum, censem plures apud patrem filios alendos esse post triennium.
- 5 Verius est sententia quae affirmat expensis matris alendos esse etiam infra triennium.
- 6 Si diuotium neutrī culpa factum, viuisque expensis alendi sunt.

VXORI restituendam esse dotem, si diuotium non culpa vxoris, sed viri factum sit, colligitur manifeste ex cap. 1. de donat. inter vir. & vxor. vbi Abbas Bald. in cap. 1. ut hie non contestata, & deinde restituenda est medietas lucrorum usque ad diuotij tempus, ut habetur cap. significavit. iuncta Glossa. de donationib. inter vir. & vxor. Et tradit Courruu. 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 1. m. 6. Anton. Gomez leg. 53. Tauri num. 72. Mariant. lib. 5. recip. leg. 5. it. 9. gloss. 1. Gutierrez. lib. 1. canon. qq. cap. 24. num. 1. Quinimo Palacios Rabios, Ferdinand. Gomez, Perez, in additionib. ad Segaram. Courruu. quos referunt & sequitur Gutierrez. d. cap. 24. num. 15. existimante ea casu omnium lucrorum medietatem, quae à viro post separationem acquiruntur vxori competere, ac si matrimonium esset illasum. Ex acquisitis vero post separationem ab uxore nihil vir noxius habet teste Baldo in leg. si vxor. num. 6. in fine. Cod. de conditionib. insertis. Et leg. non sine. Cod. de bonis que liberis. Decio leg. 1. n. 10. C. unde vir. & vxor. Marienzo dicta leg. 2. gloss. 1. n. 53. Gutierrez. dicto lib. 1. canon. qq. 24. n. 16. Quod si vxor dotem non attulerit, vel illi placuerit potius ali à viro, quām sibi dotem concedi, debent illi à viro alimenta subministrari, tametsi aliounde habeat unde vivat, ut cōprobat Farin. q. 143. §. separatio. shori. n. 46. & seqq. & §. expulsi. n. 2. 37. Matth. de Affiliis dec. 10. n. 1. & 3. Gutier. de matr. c. 129. n. 24. & seqq. eo quod iussum sit nihil ei detrahi ex fructibus, quos illato matrimonio perceptura erat, ut poterit quā nullam in separatione haber culpam.

Verū si diuotium fiat ob vxoris culpari, si ea culpa sit adulterii, neque dos illi restituenda est, nec vila pars luci aqua sit matrimonio constante, vel acquirendi post diuotium. Quinimodo ipsa obligatur communicare viro quidquid accipit, ut recte alii relatis docent lib. 5. recip. titul. 9. leg. 2. gloss. 1. numero 54. & 55. Gutierrez. lib. 1. can. qq. cap. 24. numero 17. & sequent. Si vero ob laetitiam factum diuotium sit, existimat Basil. Ponce, lib. 9. cap. 23. num. 12. dotem illi esse restituendam. Nam esto in cap. plerunque, de donationib. inter vir. & vxor. statuatur mulierem debere dotem amittere, si eius culpa diuotium factum sit, id intelligi debet, si talis sit culpa, cui amissio dotis annexa sit: hæc autem nulla est alia praeter adulterium, ut constat ex dicto cap. plerunque, & viri motu, leg. si ab hostibus 1. §. si vir vxorem. si Soluto matrimonio, ergo ob laetitiam dos amittenda non est. Sed immērito Basil. à communis sententia, quam tradit Sanchez lib. 10. disp. 4. num. 20. & disp. 20. numero 7. recedit, dicto cap. plerunque absque vela limitatione affirmetur, vxorem amittere dotem, si eius culpa diuotium factum sit; alias vir innocens dotis administratio, & fructu, quem habet non facto diuotio priuandus est absque culpa. Et licet ob solum adulterium, & mortem vii dicitur vxor dote priuatur, indirecte ramen ob quodlibet delictum, quod separationem mutua habitationis inducit.

Quod si filiorum educationem attinet, si ius suorum Codicis spectenus in arbitrio Iudicis constitutum erat, apud quem lobos dissoluto matrimonio alenda esset. I. vni. Cod. diuotio facta: regulariter primo triennio apud matrem, postmodum apud patrem. Iudex arbitrabatur, iuxta leg. ne filium. Cod. de patria potestate. At iure nouissimo Authentorum decisum est, ut si pater causam diuotij praetulerit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi communes nueriantur patris expensis. Si vero contra apud patrem maris expensis, nisi pater minus idoneus sit, tunc enim apud matrem locupletem filii educandi sunt: habetur explesio Authent. si patet Cod. diuotio facta, apud quod liberi morari, & educari debent, cui conformat lex regia 4. it. 19. part. 4. Quia in lege tres indicantur limitationes. Prima, si vir diuotio causa dedit apud matrem innocens venientem ad secundas nuptias non sunt educandi filii, sed patris expensis, si locupletus fuerit educandi filii apud eum, quem Iudex arbitrabatur, ut notauit Sanchez dicto lib. 10. disp. 20. num. 4. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 7. in fine. Quid si mater pauper sit, & minus idonea ad aleandan problemati nocenti locupleti proles relinquuntur educanda, quia in his spectatur quod proli comodiūs sit, scilicet notauit Sanchez & Layman. locis allegatis. Secunda limitatio est, si mater causam diuotij dedit, ipsaque locupletis est, & pater pauper, matri relinquuntur filii alendi, quia pater vienique Autent. minus idoneus est, & tradit Sanchez. & Layman. suprad. Et deciditur explesio Authent. ut licet matr. & vita s. illud collat. 8. Tertia, si contingat coniugem, ob cuius culpa diuotium celebratur esse fideliem, alterum vero in eius favorem sit diuotium infidelem esse, proles fideli alenda traditur ob fidei favorem. Argum. cap. fin. de conuers. infidelium, quod qui indicatur in dicta Authentillis verbis si minus idonea sit. Et tradit Angel. verbo Filius n. 22. Syluest. ibi q. 21. n. 24. Gutierrez. lib. 1. canon. qq. c. 24. n. 19. Sanchez. d. disp. 20. num. 4. Layman. d. cap. 7. in fine. His positus,

Controvèrsia inter Doctores est, an quando ob matris culpam diuotium sit, debent illius expensis filii apud patrem procreari? Nam esto in d. Authent. si pater, dictum sibi mater causam diuotij praetulerit, tunc apud patrem matris locupletis expensis filios alendos esse, illa verba matris locupletis expensis non habentur in originali, sed addita sunt ab Inreco, vt notauit Glossa in dicta Authent. ut licet, verbo aliantur: ut proinde legem constitutere non possunt, sed tanquam casu omislus iuriis communis regulis decidendum est. At iure communis matri solum infra primum triennium competit filio alimenta præbere, postmodum ipsi parti: leg. Nonnenius. Et leg. si quis a liberis, & si patres fili libere agnoscend. Ergo absque fundamento afferuntur matris innocentis expensis filios alendos esse apud patrem. Atque ita tenet Salicet. in leg. alimenta n. 4. ff. de negotiis gestis, & reputat verius spectato iuri rigore Alexand. dicta leg. alimenta n. 6. Boet. conf. 1. num. 11.

Sed nullatenus recessendum est ad communis sententia allerente expensis matris delinquens filios apud patrem aleados esse, ut habetur in dicta Authent. si pater. Et tradit ibi Glossa in fine, & ibi Salicet. in fine, & Glossa in leg. alimenta, verbo materna, & ibi Bart. num. 1. Paul. num. 1. Glossa in cap. fin. verbo infidelium de conuers. infidel. Et ibi Anton. num. 11. Cardin. quæst. 6. Sylvest. verbo Filius quæst. 11. num. 24. Gutierrez. lib. 1. canon. qq. c. 24. num. 19. & de matr. q. 129. n. 25. Sanchez alios referens, lib. 10. disp. 20. num. 7. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 7. in fine. Ratio ea est, nam in paucam delicta ob cuius cauam matrimonium dissoluitur obligatur alimenta præbere filii sue maiores triennio sunt, sive minores.

Ego

Disputatio III.

Ego mater eandem culpm committens aquæ damnata censenda est, siquidem mater est correlatiuum patris, & dispositum in uno correlatiuo, in alio censendum est esse dispositum, quando eadem militat ratio, ut multis comprobatur. Euseb. loco à correlatiuo num. 7. Et 8. id est lex regia 3. tit. 19. part. 4. ut indicaret hanc obligationem alendi filios delinqentis expensis aliena esse ab obligatione, que iure communii parentibus inest, nullius mentionem patris delinqentis fecit, sed generaliter eam obligationem impoluit ei, qui diuotij causam dedit, sive filii maiores sint triennio, sive minores, ibi: [Y] si acacie se que se parva el casamento poralguna raon derecha, a quel por cuya culpa se pattro es tenido de dar de lo suo con que crean los hijos si fuere rico quier lean menores de tres años quier lea mayores; et el otro no fu en culpa los debe criar, et auer en guarda portal raon como sobredicha es.] Et cum lex penalista sit, nec pater renebitur filios minores triennio, nec mater nocens maiores atere, quoque sententia adueniat, ut bene notauit Sanch. dicta disp. 20. num. 8. vbi num. 9. aduertit non esse hanc decisionem extendendam ad diuortium iniuste, & contra iuris ordinem factum, quia lex regia 3. Et dicta Auctent, si pater expelsus de diuortio legitimè facto loquantur, & posse extendendæ non sunt ultra casum in lege comprehenduntur.

Verum si diuortio neutrui culpa faciat, ut quando sit mutuo consensu; vel culpa utriusque factum est, ut quando uterque de heresi damnum est; vel viuis committi adulterium, & alio heresim, recte confit Thom. Sanch. disp. 20. num. 10. ius commune Codicis latum in leg. Nec filium, Cod. de patria postea seruandum esse, vbi statuitur filios minores triennio apud matrem maiores vero apud patrem, ciuifque expensis alendos esse, nisi iudeo aliud fuerit arbitrio, iuxta legem. Cod. de diuortio facto, &c. quod nullâ alia lege mutatum reperitur. At quando diuortium non solum quoad thorum, & habitationem, sed quoad vinculum sit, eo quod contractum matrimonium fuerit impedimento dirimente, filii eo tempore concepti utriusque conjugi expensis alendi sunt, iuxta Textum in cap. 2. qui filij suis legitimi. Quod videatur procedere sive sint minores, sive maiores triennio, eo quod eum non sit viuum conjugum amplius quam alium gravari, cum tuerique bona fide processerit. Lex vero Codicis statuens expensis matris minores triennio, & patris expensis maiores triennio alendos esse, explesus loquitur de filiis coenepis ex matrimonio legitimo. Non ergo debet ad conceptios ex matrimonio nullo extendi. Atque ita tradit Surd. de alimento, cit. 14. num. 8. & cit. 7. quæst. 13. num. 18. Sanch. lib. 10. disp. 20. num. 11. Quod si aliquis coniugum malâ fide in contrahendo matrimonio fuerit, illius expensis filii alendi sunt, ut poterit qui fuit in culpa ut haberentur, sicut recte notauit Sanch. supra.

S. XI.

Qualiter Religionis ingressu, vel Ordinis Sacri assumptione diuortium inter coniuges fieri possit?

- 1 Coniux matrimonio consummato, & sectus a causa diuortij nequit licet, nec valide Religionem profiteri.
- 2 Hic nulliter professus obligatus est castitatem seruare quantum commode posset.
- 3 Non est obligatus etiam ad Religionem in genere.
- 4 Potest sic professus propriâ autoritate Religionem deferre.
- 5 Satis obiectio.
- 6 Quæ dicta sunt de professione facta absque licentia conjugis procedunt, si licentia metu extorta sit.
- 7 Coniux ab alterius licentia nequit sacros Ordines suscipere matrimonio non consummato, valide tamen suscepit.
- 8 Ordinatus absque licentia conjugis non tenetur ad coniugem redire nisi ipsa petat.
- 9 Vno coniuge ex licentia alterius Religionem ingrediente, debet alter Religionem ingredi, nisi senex sit & nullum inconvenientem periculum adsit.
- 10 Igitur in hoc propositi arbitrio Episcopi relinquitur.
- 11 Non est necessaria alia licentia nisi a coniuge ad Religionis ingressum.
- 12 Coniux iubens, Religionem ingredi debet ut in ea profiteatur, tametsi contra lentiatis Palacios.
- 13 Votum perpetua castitatis, quod coniux in sacculo emitteat, non fit solemne professione alterius.
- 14 Si coniux licentiam concedens nec Religionem ingrediatur, nec votum emitteat non obviante alterius professio irritatur.
- 15 Si predictus coniux ex cuius licentia alter professionem emisit nolit profitari, vel votum castitatis emissere, & pericu-

Punct. VI. §. XI.

215

- lum inconvenientia patiatur, tenetur Episcopus professum coniugi revocare.
- 16 Quæ dicta sunt de Religionis professione, eadem obseruantur debent in Ordinis sacri assumptione.
- 17 Specievo iuriis rigore verius conseruare obligatum non esse coniugem concedentem licentiam Religionem profiteri.
- 18 Coniugatus ad Ordines promotus nequit cum coniuge habere.
- 19 Si aliquis de facto sacris initatus sit, quin uxor Religionem proficeretur, vel votum castitatis emitteat, peccatque sibi maritum reddi reddi debet.
- 20 Votum castitatis, quod uxor in hoc eventu emitteat inhabilem reddit coniugem ad matrimonium mortuo viro.
- 21 Quod verum est, si uxor consenserit expressè ordinationi, sine dissimilauerit.
- 22 Coniugatus ad Ordinem sacram ascendens absque expressâ uxoris licentia irregularis est.
- 23 Si ex uxoris licentia ascendat, ipsa ramen castitatis votum non emitteat, et si aliqui excusent à predicta irregularitate, seu suspensione, verus est in eam incidere.

Coniuix matrimonio consummato, & seclusa alia causa diuortij nequit licet nec valide religionem profiteri ab illo alterius coniugis licentia, uti habetur expressè in cap. quidam. 3. & cap. placet. de coniur. conjugat. coniux namque matrimonio consummato non est sui iuris, sed alterius, cui se per matrimonium tradidit, nequit ergo ab illo eius conseruare Religionem, sicut seruus in iusto domino non potest Religioni addici. Quod si de facto professionem emitta, repeti ab altero coniuge potest, ut potest qui ius integrum, & illæsum habet, cui professio nulla praividicare non potest.

Verum hic nulliter professus obligatus erit ad castitatem seruandam quantum cum matrimonio compati potest, uti caueatur in supradictis capitib. Quidam, & placet, quia præsumitur se voluisse obligare in quantum possit. Cum ergo se potuerit obligare ad non petendum debitum durante matrimonio, & illo disoluto ad integrum castitatem, conendum est ad eam castitatem mediâ illâ professione se obligare voluisse. At si expressam voluntatem habuisset non se obligandi ad castitatem, nisi dum in statu religioso persistaret, vel ex suppositione quod Religiosus esset, cessabat eius obligatio, quia decisio Ponitris solum in præsumptione fundatur, ut ex communis sententia tradit Sanch. lib. 7. disp. 14. n. 3. Lessius lib. 2. cap. 41. num. 29. Basil. Ponce, lib. 9. cap. 11. num. 3. Gutierr. cap. 95. de matrimonio. 20. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. p. c. 7. num. 4.

Illud vero certum esse debet sic Religionem absque licentia coniugii profitement, non remanere obligatum etiam ad Religionem in genere mortuâ vxore, quia illa professio, & traditio nulla fuit, neque in illa imbibitur votum ingrediendi Religionem, sed est ipsemet ingressus qui cum nullus sit nullam partis obligationem, sicut si coniugatus tentaret cum alia contrahere, ex predicto contractu neque sponsalia naferentur, neque illa obligatio mortuâ coniuge contrahendi. In quo est latum discernere à voto castitatis, quod durante coniugio vim habere potest, quatenus obligat ad non petendum debitum, & absolvendum à copula cum aliena. Secundus est in professione, quia cum absoluta sit stante coniugio nullum effectum habere potest coniuge non consentiente, ut colligitur manifestè ex dicto cap. placet. & cap. quidam de coniur. conjugat. Et tradit Sanch. d. disp. 34. num. 10. Lessius num. 25. Basil. Ponce, num. 5. Gutierr. cap. 95. à n. 23. Layman. d. cap. 7. num. 4.

Ex hac doctrina inferunt predicti Doctores Basilio excepto si professum coniuge non revocante posse propria autoritate Religionem deferere: utrū deciditur cap. 2. 32. quæst. 5. iuncta Gloffa ibi Et cap. una sola 33. quæst. 5. & cap. accedens de coniur. conjugat. Imò Sotus in 4. d. 27. quæst. art. 4. vers. casus autem Sanch. num. 1. 5. Layman. num. 4. & alii centent obligatum esse ad coniugem redire, dum non consentit eius ingressus, quia est manifesta iniuria rem alienam, qualis tunc est coniugatus contra voluntatem domini retinere. Neque his obstat, Conc. Trid. sess. 2. 5. c. 19. de regulari, damnans tanquam apostolatum eum qui quaque ex causa habitum dimisit, quia hoc intelligendum est cum sponte dimisit, secus si dimittat ex obligatione coniugij, ut ipsemet Basilius sibi contrarius explicat d. lib. 9. cap. 20. num. 2.

Neque his obstat quod in cap. placet de conversione coniugat, asservatur de muliere sic Religionem ingressa in eius potestate non esse ad sæculum redire, sed in potestate mariti, & id est quantum ad ipsum tenuit votum, quod post mortem viri tenere non deficit. Non inquam obstat, nam cum Textus dicit non esse in potestate mulieris ad sæculum redire, intelligi debet, quin Monasterio constet fusse irritam professionem: alias ius habet egredium impediendi. Vel dic non posse ad sæculum redire, hoc est ad vitam coniugalē ut antea ratione